

Pro Curia, et ingeniis construendis.

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Pro Curia, et ingeniis construendis.

...

Karolus etc. Iustitiario Terre Bari etc. Cum pro faciendis manganellis et biffis contra Sarracenos Lucerie, proditores nostros, nec non et pro faciendis portis in castro nostro Sancti Iacobi, incontinenti infrascripta in exercitu nostro habere velimus, f. t..... mandamus quatenus..., ad requisitionem magistri Iohannis carpenterii... nostri, per aliquos fideles viros emi facias sartes crossos, canapum et filatum de canapo, cordas pro ligandis faciendis flondis, trahendis... manganellis, cordas pro faciendis flondis ingeniorum, pelles aptatas in camuscio pro suendis flondis, ferrum pro faciendis gaiulis crossis et longis, et aliis necessariis pro ipsis ingeniis, de sepo barilia XVI, plancones de ligno pro faciendis portis dicti castri Sancti Iacobi, tabulas longas et amplas, lacrones (?) et alia lignamina pro opere ingeniorum, barbacanis et cassiis ingeniorum ipsorum...; et supradicta omnia ad expensas Curie... ad exercitum nostrum sine mora transmittas. Recepturus etc.... Quantitatem... et qualitatem predictorum etc.... Camere nostre et Mag. Rationalibus... nec non Philippo de Mosteriolo et Garamundo de Alneto, Marescallo nostre magistris, nuntiare procures. Mandamus insuper ut predicta omnia... eisdem... magistris.... in nostro exercitu facias assignari. Cautus etc. Magistrum autem Mangum, mag. Symonem Zucarium de Trano et magistros ferrarios.... ad nostrum exercitum ad laborandum supradicta omnia transmittas... Datum in castris in obsidione Lucerie, XV madii, XII ind.